Testacea marina, vel eadem lapidea tubulum coniformem alicuius Cornu instar rectum, vel in se convolutum efformantia concamerata concamerationibus septis scutellæ-formibus plerumque externè apparentibus inter se distinctis siphunculoq; â basi latiore incipiente, usq; ad coni extremitatem per latera interni parietis pervadente donata Ammoniæ dicta. Meer-Hörner.

Ammonia testacea Cornuum Ammonis instar in se in plano horizontali convoluta spiris â se invicem integrè divisis proportionata, vestigiis septorum scutellæformium externè apparentibus, et siphunculo propè latera interni parietis ad extremitatem coni papillulâ donati usq; transeunte: Meer-Ring Hörner. Breyn. p. 22.

Ammonia lapidea Lituiformis Cornuum Ammonis instar in se in plano horizontali in extremitate convoluta anomala, idest principio recto longo ante eius convolutionem usq; donata, spiris â se invicem integrè divisis, vestigiisq; septorum scutellæformium externè apparentibus, et siphunculo propè latera interni parietis ad extremitatem coni usque transeunte. Lituites dicta Breyn pag. 25. Fin versteinerter Meer-Bischoffs-Stab.

Ut Septula scutellæ-formia appareant, aperta.

Rupta: ex Ins. Moluccensibus, Iamaica, &c.

Microscopio aucta.

Septuli pars convexa cum adhærente adhuc siphunculo.

Pars concava.

Ammonia marina integrè divisa, nodosa, et concamerata, cellulis septulis scutellæformibus inter se divisis. Ostreum parvum Cornu Arietini simile. Bonann. p. 438. N.º 9.